

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Desiderium h  
cum fontibus proximo et primis

Quid clamas ad me?

Voces apud aures Dei non faciunt uerba nostra  
sed desideria.

Eternam enim uitam, si ore petimus,  
nec corde desideramus, clamantes tacemus.

Si uero corde desideramus  
et ore tacemus, tacentes clamamus.

Gregorius ibidem (in moralibus).

**Quid clamas ad me**  
**et cetera.** Gregorius.

Uoces apud aures dei non faciunt uerba nostra:  
sed desideria.

Eternam enim uitam si ore petimus  
nec corde desideramus clamantes tacemus.

Si uero corde desideramus  
ore tacemus: tacentes clamamus.

*Glossa ordinaria, liber Exodi, 14* (Biblia Latina cum  
glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Quid clamas ad me? (Exo. 14:15)

Valentiores namque  
uoces apud secretissimas aures Dei non faciunt uerba nostra,  
sed desideria.

Aeternam etenim uitam si ore petimus,  
nec tamen corde desideramus, clamantes tacemus.

Si uero desideramus ex corde,  
etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22.17 (CCSL 143A, M.  
Adriaen ed., pp.1122-3, ll.40-44).